



# **Geusicus error. sive Assertatio cujusdam geusiticae elegans pia et Catholica Confutatio ab authore recognita.**

<https://hdl.handle.net/1874/422583>

GEVSICVS ERROR.  
SIVE AS-  
SERTIONIS CUIVSDAM

GEVSITICAE ELEGANS PIA ET  
Catholica Confutatio ab  
authore recognita.

Iacobi 5.

SCIRE DEBET QVONIAM QVI  
conuerterit peccatorem ab errore uiae  
sue saluabit animam eius a morte,  
& operiet multitudinem  
peccatorum.

Act. 20. inquit Paulus.

EGO SCIO QVONIAM INTRA  
bunt post discessionem meam lupi rapaces in  
nos, non parcentes gregi. Et ex uobis  
ipsis exurgent uiri loquentes per-  
uersa, ut abducant discipu-  
los post se.

Prouerb. 15.

Non amat pestilens eum qui  
se corripit.

B 5 6 7

CEYLON'S EARLY

SECTION'S CIVILIAN

SECTION'S CIVILIAN

SECTION'S CIVILIAN

SECTION'S CIVILIAN

SECTION'S CIVILIAN

SECTION'S CIVILIAN

# IN GEVSIA-

## NVM HAERETICVM,

qui Oden Sapphicam de Viuelegeu-

cismo ante complusculos dies per

Catholicum quendam com-

positam & editam, ne

quiter inuertit.

### ELEGIA CONFVTATORIA.



Visquis es inuertis inueñ

qui Carmen, et atro

Viuelegeuscismo

corde furente faues.

Dic mihi quos uocitas

pbroso nomine fratres

Ceu foret hæc summo uox inimica Deo?

Sed bene hæbet, gladiū producit Capra, q. aiūt,

Ad proprias flectis iusta flagella nates.

Haud secus ac Caijphas diuina oracula quōdam

Protulit, inuito pectore uera canis.

Christiadas, Fratres Christus uocat ipse, parētē

Scilicet æthereum, quem uenecatur, habent.

Hi Fratres docuere sacri libaminis escam,

Cœlestes epulas corpus esse Dei.

His non est Belial, quod tu mendaciter audes

Dicere, sed magno dignus honore cibus,

Inuersio-  
nes & ob-  
secta hæ-  
retici.

1.  
Falsos fra-  
tres doce-  
re sacram  
synaxin  
esse corp⁹  
Christi.

Respons.  
Ioan. 11.  
Math. 23.  
2.

Euchari-  
stiam esse  
Belial, ut  
ipse loqui  
tur.

GEVSICVS

- Respons.** *3.* **Quis te non merito fidei Christe idos hostem**  
*Audicet, Idolum qui leue Christon ais.*
- Tepla me** *Antibi uana fuit pietas & inutilis error,*  
*rito velut* *Templa deo nostri quod statuere patres*  
**Cloacas** *Euertens Rutris, durisq; lignonibus Aras,*  
**habeda &** *Te censore pium turba peregit opus. (ro,*  
**Aras diru** *Hoc opus, hic Sathane labor est, testate Luthe-*  
**endas.** *4.* *Damone persuasus sustulit ille Sacrum.*
- Respons.** *Cantū Ec* *Mentiris Mystas fraudisq; doliq; magistros,*  
*clesiasticū* *Ceu canat ob uetrem carmina sacra Choriū.*  
*esse genia* *Myriades fraudum uestrae peperere cohortes,*  
**lem, & sa** *Hinc ruit a recta Teutonorum ora fide.*  
**cerdotes** *Omnibus in terris uulgus miserabile captum*  
**actores** *Ducitis, ut uolucres fistula blanda trahit.*  
**fraudis.** *Respons.* *Nec prius incepto uultis desistere, claros*  
*5.* *Donec & inuoluant retia uestra uiros.*
- Viueles** *Viuelegeusiaci modulamina nupera coetus*  
**geule ve-** *Concentus ueros asseris ante deum.*  
**rum & ge** *Scdmicam quicumq; salis sub pectore gestat,*  
**nuinum** *Non sinit imponi dicta per ista sibi,*  
**habere** *Respons.* *Quis nisi mentis inops, humanas dixerit odas*  
**tantum.** *Olim Psalmographam concinuisse Chelynt*  
*Non animaduertit crasse Plebecula naris,*  
*Qualia sub dulci melle uenena bibat.*  
*Ex proprio siquidem finxistis multa cerebro,*  
*Iesseum populus que putat esse melos.*

ERROR.

Quā pulchrē (si dijs placeat) soluistis, ut inquis,

Agmina Nonnarum carcere multa truci.

Zona pudicitie multis per uestra soluta est

Schismata, quæ Venerē nunc coluisse studēt.

Ritē reformatis Monachos, sic dicis, acerbis

Quos uexare modis uestra Tyrannis amat.

Postibus executitis illectesq; serasq; bipenni:

Cum socijs trepidat Coenobiarcha suis.

Vertitis in cinerem flammis crepitantib. omnes

Quos habet insignis Bibliotheca libros.

Intima diripitis passim penetralia Templi,

Sacrilega calices tollitis inde manu.

Omne penurapitis, seuus leo qualiter agnum

Deuorat, & studium est euacuare cadus.

Mox etiam saturæ barathrū quod respuit alui,

Spargitis in terram, proteritisq; pede.

Adde q; & colaphos multis impingitis acres,

Cogitis & cæsos arripuisse fugam.

Quod loquor in triuijs decantatissima res est,

Et peiora quidem secta scelestas facis.

Ecce reformatur sic uita Monastica diram

Per Rottam, ueluti tu sine fronte canis.

Phanorum sacra uasa pios mutatis in usus.

Hoc decet, hoc uerbum cōmonet, atq; iubet.

Proditor hanc Iudas causam præterendit, aduncas

Viscosasq; manus fur sceleratus habens,

6.

Nonnas

Turcicis

Vinculis

exutas.

Respons.

7.

Vive leges

se refor-

mant Mo-

nachos.

Respons.

8.

Aurum te

plorum

Verti

in pios va-

lus.

Respons.

GEVSICVS

- Ioan. II. Alterius tunica nudos uestire putatis  
 Eximium facinus, quod Deus ipse probet.
- Prover. 3. Sed scriptura docet, si quid prestabis egeno,  
 Tob. 4. De proprijs largam fac Eleemosynam.
- Ex adytis Templi sublatura quolibet aurum,  
 Subdolos impostor Pseudopropheta capit.  
 Pseudoppheta capit, tenet, occupat unus et al-  
 Viuere sacrifici quo potuere dece. (ter.)  
 In gladios etiam pars est constata rapine,  
 Quicquid & armorum bella cruenta uolunt.  
 His Tartesiacum multo cum milite Regem  
 Excipiet populi seditiosa cohors.  
 Hic pius est usus quo te uanissime iactas.  
 Sic pius & latro quilibet esse queat.
9. Imagines combu-  
 tendas.  
 Respons. Sanctorum statuas, uitae monumenta praestata,  
 Immerito Daemon igne cremare monet.  
 Qui cupit ut sensum subcant obliuia recti,  
 Nec maneat priscæ Religionis honor.  
 Vixerit hic diuus nemo seu qualiter ille
10. Impios  
 Missicos  
 libios  
 lacerari &  
 Fratrum  
 scripta fo-  
 risis obij-  
 ci.  
 Respons. Amplius inquiri: sed pia uita iacet.  
 Impia discerpi dicis Missalia, Fratrum  
 Scriptaq; latrinis digna, uel esse rogis.  
 Impius est igitur Chrysostomus ac Cyprianus:  
 Impia conscripsit totus & ordo Patrum.  
 Siccine doctiloquos, et flaminis Organa sancti,  
 Scriptores lingua uituperante notas?

Nullus

ERROR.

Nullus Aristarchus, nullus sic Zoilus unquam

Carperet absurdi scripta prophana styli.

At rursus Fratrum lacerata uolumina dicens,

Hereseos rabiem detegis ipse tue.

Non etenim metuis Fraternalia dogmata gentis,

Hoc est, Christi adum fraudis habere loco.

Quicquid Apostolicis Ecclesia seruat ab annis,

Figmentum Latij dicitis esse Papæ.

Hac fallace rudem cœpistis & arte Popellum,

Somnia qui se &æ numinis instar habet.

Ipsamet ignoras minimè Baptismatis almi,

Oenotrium ritus non peperisse Papam.

Sed quia Baptismi uisorem damnastis adultum,

Turma Retinctorum crescit iniqua magis.

Oggannis iterum maculatos Schismate fratres

Omnigeno, sponsam contemerare Dei.

In te oculos deflecte tuos, ἢ γυνῶν: σὺ αὐτόν:

Tetra sodalitiij schismata carpe tui.

Vivelegeuse suum Regem uenerantur, ut atrox

Filius assidue iussa parentis agit.

Publica testantur quæ compesuerunt minaces

Carmina, quam curent Vivelegeuse ducem.

Totus Io pœan, & Io bis gutturo pœan

Terrifico, Populus clamat ouatq; ferox.

Stare dei uerbo (sic imple Schismata Vulgus

Nuncupat indoctum) Vivelegeuse uolunt.

II.  
Papam ab  
furcos ri  
tus finxis  
se ad Bap  
tismum.  
Respons.

12.  
Fratres  
Variaræ  
refi refec  
tos.  
Respons.

23.  
Vivelegeus  
se Regem  
suum ve  
nerari.  
Respons.

GEVSICVS

14. **Viuelegeu**  
se non fa  
uire.  
**Respons.**
- Regia conculcant pedibus mandata nefandis,  
Sic metuunt regem Viuelegeuse suum.  
Iudicio feritate tuo caret Indica Tigris,  
Crudus et in placidam uertitur irsus ouem.  
An tibi nõ rabiunt, miscent qui sacra prophanis  
Monstroso fremitu, nouit ut omnis homos  
Ecclesiam Catholicã  
interitu  
sam.  
**Respons.**  
Matt. 16.  
Luc. 21.
- Cana fides prorsus te uaticinante peribit.  
Sed nihil augurium ponderis istud habet.  
Inter Auernales Ecclesia florida portas  
Stabit, et immotum tollet ad astra caput.  
Hanc ceu triticeam uoluit cribrare farinam  
Spiritus, infernas qui moderatur aquas.  
Christus Olympiacũ placida sed uoce parentem  
Flexit, ut incassum concidat iste labor.  
16. **Orat pro**  
**Viuele-**  
**geuscis-**  
**mo & de-**  
**uouet Ec-**  
**clesiam.**  
**Respons.**
- Vt maneat nouus hic, optas, Sathanism<sup>o</sup> in euũ.  
Viuelegeuscismus dicere siue uoles.  
Relligio gentis pereat sed Christidos, omni  
Quam tenuisse pios tempore scimus Auos.  
Obuertet stolidis surdas clamoribus aures,  
Zelotypus sponse qui solet esse sue.  
Clarius hoc dicam? scelix Ecclesia stabit,  
Cum nemo quid sit Viuelegeuse sciet.  
Hos cape quos meruit tua seua callinia uersus,  
Quisquis es, immutas qui bona scripta malẽ.  
Hulcus ob attactum bilem compefec malignam,  
Pharmaca pro morbi conditione dedi.

ERROR.

Acrius obserues metriq; pedumq; tenorem,  
 Musa parū stabilis ne tua sepe libet. (errat.  
 IN Dabit, in LOQVIMVR nec nō PIA, turpit  
 Condere si qua uoles postmodò, conde bene.  
 Ne te Grammaticus naso suspendat adunco,  
 Taxet in egregijs siue iuuenta Scholis.

IN ALIVM GEVSITAM  
 CARMEN GENETHLIACON DE  
 Geusica profapia nuper in lucem da-  
 tum, suis nebulis obfuscātem, ac ma-  
 litiosa immutatioē in Catholicæ  
 fidei veræq; pietatis cultores  
 retorquentem, Ele-  
 gia.

**E**N nouus emergit sectæ patronus oborta,  
 Dēte Theonino qui pia scripta notat.  
 Catholicæ offundit Nugo sua nubila Musæ,  
 Sic hominem captum Geusicus error habet.  
 Ecce suis titulum nebulis præ tendit acerbum,  
 Quem Mahometistam sat posuisse foret.  
 Eximios etenim Sophie coelestis alumnos,  
 Spurcidico Monstrum conspuit ore serox.  
 Cuncta sibi commissa pie secreta philantus  
 Scripturæ, reliquis nulla relictā putat.

Aspergie-  
 nes Geusi-  
 tæ qui ut  
 opponit  
 spongia  
 Catho-  
 lici.  
 Titulus  
 dentatus  
 debacha-  
 tur in Ca-  
 tholicos.  
 i.  
 Cauilla-  
 tur Catho-

GEVSICVS

- sicoseffe Theologa  
 stros. Hinc si quid loquitur nomen producit in aster,  
 Quod leuius quiddam significare solet.
2. Execratur Mona-  
 chos. Scilicet à longè doctos imitatur, & errat,  
 Si quis Geusiacam nolit habere fidem:  
 Infantes Monachos odit eane peius & angui,  
 Ceu foret infandum laxa cuculla scelus.
3. Catholi-  
 cos vocat Mateolo-  
 gos. Vaniloquos Logices diuinae Talpa magistros  
 Impuro semper clamitat ore loquax.  
 Sic habet inuisum Geusiticus hostis Iesum,  
 Nomen ut illius uix quoq; ferre queat.
4. Iesuitarum  
 nomēcla-  
 turam sty-  
 lo pstrin-  
 git. Quid multis? nigrum gaudet præfigere Thita  
 Omnibus ex æquo Geusiticus iste lupus.  
 Heus caput insulsum, quid Pontificalia nobis  
 Obijcis, ut magnum, nomina, quaeso, nefas?
5. Catholi-  
 cos igno-  
 miniose  
 dicit Pon-  
 tificios. Pontificis nostri nomen sine fine fatemur:  
 Ille suum curat tempus in omne gregem.  
 Ille suo maculas deterfit sanguine mundi,  
 Pro nobis supero supplicat ille patri.
1. Pet. 2. Hunc nos Pontificem colimus: tu pessima uero  
 Heb. 9. Mente mala fidei Spectra recentis amas.  
 Gal. 5. Schismata defensare stylo contendis amaro,  
 Tit. 3. In regno Christi non habitura locum.  
 Hinc te schismaticū, seu q. magis cōuenit, hostem  
 Doctrinae ueteris, Concio nostra uocat.  
 Nūc ego per partes (nisi quod te detinet, audi)  
 Ad tua responsū Carmina falsa dabo.
- Catholis

ERROR.

Catholicos merito nos dicimus: omnia lustrat

Terrarum siquidem climata nostra fides,  
Littus ad occidentum solis prorumpit ab ortu,  
Ad Boreæ regnum uergit & illa Noti.

Factio sed uestra cœtus consistit in arcto:  
Catholici nunquam nomen habere potest.

Quod caput est Clero tōsum pro crimine ducis,  
Hinc toties istud, Rasa Caterua, fluit.

Si caput hirsutum laudemq; decusq; meretur,  
Laudandas sequitur quaslibet esse iubas.

Villosos etiam sic dixeris esse leones  
Elogio dignos, setigrosq; sues.

Est sine crine mihi uertex, te densa pilorum  
Sylua tegit. quid tum? dic uter est melior?

Vos rrigidas alitis barbas, nos ponimus illas.  
Quod tibi permittis, cur mihi non liceat?

Si libet, & talos coma uestra feratur ad imos:  
Nec sit quo noster cura capillus eat,

Non in cesarie quadam pia uita quiescit.  
Disperit obrasam nec pia uita cutem,

Momus agit semper Momum, ne rodere cesset,  
Idaliæ soleas non probat ille deæ.

Numinis, ut Gentes olim fecisse leguntur,  
Mentiris statuas nos habuisse loco.

Non colimus lapides aliquos aut fissile lignum,  
Sydcrea residet noster in arce Deus.

1.  
Hæreticus taxat  
nomē Catholicum,  
Psal. 2. 18.

Act. 1.

Ro. 10.

Esa. 49.

2.

Catholici rasum  
verticem  
exprobat.

3.

Arguit  
Catholicos  
Idolomania.

Psal. 113.

Matt. 6.

GEUSICVS

Ceu speculum quoddam uitæ sine labe peractæ,

Sanctorum effigies constituere Patres.

4.  
Geusita  
querit ri  
mas elabē  
di & Simo  
nia Ca-  
tholicos  
inimulat.

Matt. 23.

6.  
Catholi-  
cos obsti-  
nacię reos  
agit cōtra  
pios.

2. Tim. 3.

Exo. 7.

6.  
Inique re-  
gerit Geu-  
sita obie-  
ctiones.

7.  
Geusita  
sanctam  
Commu-  
ninoem  
blasphemā  
impē

Hic si legitimos te transfiliisse putabis

Fines, a prauo tramite flecte pedem.

De Templi spolijs ferres responsa, sed illa

Præteriens, alio lumina cautius agis.

Allia poscenti cæpam sic porrigis, aurum

Vestra Simoniacum querit auaricię.

Quicquid habet Phanū uestros uertistis in usq.

Mysterum rapuit commoda uestra cohors.

Colatis paruos culices sorbendo Camelum.

Est Hypsæa domi, qui foris Argus erat.

Quid mihi legiseri producis Moscos hostes?

Quos blateras uana garrulitate pios?

Quod Iannes Iambresq; magi fecere dolosi,

Verè cottidie Geusica turma facit.

Geusica turma pios monstroso dogmate fallit,

Vt regi Phario uerba dedere Magi.

Quod de Mōtano, Macedonio et Arrio, et omni

Heretico torques, uestra caterua patrat.

Esse pium Christi corpus uerumq; cruorem

Credimus, in Cœna quod dedit ille sua.

Non incredulitas unquam nos uestra mouebit,

Vt ruat aut titubet nostra serena fides.

Desinet antè soli facies, nec in æthere Titan

Auricomo rutilum fundet ab axe iubar.

Quam

ERROR.

Quam falso Christus mendacia sparserit ore, Luc. 21.

Paniuori ualcant Vinibibiq; uiri.

Non Euangelium Christi damnamus Iesu,

8.

Quod priscos scimus non latuisse Patres,

Catholico  
cos Euan  
gelio re  
bellantes  
facit.

Sed quod nunc peperit pallentis ianitor Orci

Cerberus, occultum dicimus esse dolum.

Que canis ad finem Sacris è Versibus, aure

Transilio surda: nempe par erga scio.

Vix trib. Anticyris poteris purgare phrenesin,

Si te non moucant hæc mea scripta. Vale.

IN EVNDEM GEVSITI-

CAE SECTAE HYPERASPISTEN,

Sapphicum carmen deprauãtem,

Apologia Lyrica.

**Z**oilum quemuis superant Canino

Hereses morsu, rabidæq; Sectæ.

Vt docet nostris oriens sub annis

Geusicus error.

Nuper in sectas Lyrico libellum

Aeditum plectro, maculauit ausu

Impio, dictum simul et rector sit

Geusicus error.

Illius partes libuit tueri

Pro mea sanè schedula uirili,

Ne sibi prudens uideatur esse

Geusicus error.

1.

Hæretici  
semper  
sunt mor  
daces, &  
Catholi  
cos atro  
carbone  
notant.

Christus

GEUSICVS

Christus æterni soboles Tonantis  
 Corpus & uerum docuit cruorem  
 In sua Coena: negat ista dure

1. Cor. II.  
 August. in  
 Psal. 33. et  
 patres  
 ubiq; lo-  
 corum.

Geusicus error.

† Christus infestos uocitat latrones  
 Falsa qui uulgò documenta spargunt,  
 Exprimunt se uos igitur latrones

104. 10.

Geusicus error.

† Catholicos latrocinijs suggillant.  
 Non statim quicquid micat & relucet  
 Indicos quisquam reputet lapillos,  
 Nec Dei semper pia secula fundit

Geusicus error.

Sæpe Sectarum ueterum lacunis  
 Erutas feces uarijs olentes,  
 Ceu Iouis sacrum cerebrum propinat

Impuden-  
 ter menti-  
 untur Ca-  
 tholicos  
 simula-  
 chris ere-  
 xisse &  
 ras.

Geusicus error.

Vt sui purget scelerata motus  
 Facta prætextu, posuisse clamat  
 Saxeis Aras Statuis fideles

Geusicus error.

5.  
 Catholi-  
 cos auari-  
 tie dam-  
 nant.

Ipsemet lucri cupidus, quod omnes  
 Nunc palam norunt pueri senesq;  
 Exprobrat nobis sine fine questum

Geusicus error.

ERROR.

Clodius moechos, rigidus Cethegum  
Arguit dirum Catilina, culpam  
Dum sacerdotes auidos lucelli

Geusicus error.

Semper obseruat uelut ipse Lynceus  
Manticam Cleri, superat sed atras  
In suo talpæ uicio tenebras

Geusicus error.

Inuidet nobis tenues ofellas,  
Se cupit pasci Sybariticorum  
Dulcibus libis dapibusq; lautis

Geusicus error.

Vix tenax Vulgus Parocho uolebat  
Antè quadrantem dare, sed prophetas  
Nunc suos falsos opulenter ornat

Geusicus error.

† Expulit Missam superis ab oris  
Per Dei uerbum genitam, prophanas  
Et loco illius modò uult saginas

Geusicus error.

¶ Vide Hoffmef. & Brettanò in locis com. Vice.  
in defensione Liturgiæ ecclief. in typis pro Ec  
clief. Lynda. pano. Euang. & multos alios Ca  
tholicos.

Optimos Patrum Codices priorum  
Impiè rumpit, rabiem Lutheri,  
Zuinglij, laudat, simul et Philippi

Geusicus error.

6.  
Geusitæ  
cum quibusdam  
Catholi  
cis ad re  
attentio  
ribus in  
eodem hie  
stât lato.

7.  
Geusitæ  
domi cæ  
ci, foris  
oculati  
fimi.

Geusitæ  
rapaces  
& inuide  
sunt Mas  
pyiz.

9.  
Liturgiã  
Ecclesiã  
ad infe  
ros pro  
scribunt.

10.  
Neoteri  
cos scri  
ptorculos  
paribus  
præfe  
runt.

GEVSICVS

11. Ceremo- Prisca gens multos uariosq; ritus  
 nias Eccle Ceu pium calcar docuit popellum,  
 sia tradu Ad bonos mores; nihil ista curat  
 cunt vani Geusicus error.  
 tatis.
12. + Concio Christi uegetata sancto  
 Duo po- Spiritu Septem statuit sacra  
 nunt sacra Spiritu Septem statuit sacra  
 meta, nec Signa, uel nullum Styge natus urget  
 illa synce Geusicus error.  
 re.
13. + Auguf. Epla. 118. ad Ianua. Ex Con. vniuer-  
 Dicat fal tali. s. Flo. toto ex orbe Christiano cogregato.  
 so Catho Nil opus multis. uelut Hydra quondam  
 lico s indi Extulit fractum caput & recisum,  
 es suppul Parturit sensim uarias cohortes  
 lulascen- Geusicus error.  
 um haere
14. Nota fit passim populi rebellis  
 feon auto Diritas: quare ducis atq; Regis  
 res esse. Forsan Hispani patietur ensem  
 Geusicus error.  
 14. Geusicus error.  
 Catholicos regem  
 Hispanu Hic sacra lumen pietatis Heros  
 ad bellum Possidet, ranae Phlegetontis arect,  
 extimula Contrahit frontem, quod agit licenter  
 re comini Geusicus error.  
 scuntur.
15. + Christe peruersos procul hinc prophetas  
 Lumē pie Auser, & totum reuoca popellum,  
 tatis & Ve Ut tuos per te uideat reductos  
 ra fidei re Geusicus error.  
 gi Hispa  
 no exo  
 ptant, hoc  
 est, ut fiat  
 Geusita, + Ipsi orant ut per Christum in errorum la-  
 byrim

ERROR.

byrintho maneat.

Quam Sathan multos furibundus, eheu,

Detinet captos tenebris opacis.

Vt Deus confer respiscat omnis

Geusicus error.

Iam tuo factum satis est canilo,

Quisquis es, qui sic super astra tollis

Laude, quod patrat nouus hic & audax

Geusicus error.

Si quid hæc contra calamo uicissim

Scripta moliris, uicijis onustam

Fac prius chartam releues pudendis

Cant. 2.

Geusica uulpes.

Sæpius pulsas malè Priscianum,

Nam solocicismum facis atq; legem

Negligis metri: percat repente

Geusicus error.

17.  
Pertricta  
fronte in-  
tiuntur  
Catholi-  
cos tene-  
bris inuol-  
uisse  
Christi  
meritum.

Geusita  
peccauit  
in proso-  
diâ & Syn-  
taxin.

APPENDICVLA IN  
hodiernas Sectas.

**P**laudite falsiloqui, uestra est uictoria, Va

Deseruit prisca Teutonis ora fide. (tes,

Schismate nec durat seductum Vulgus in uno.

Tantus amor fraudis, tanta cupido noui.

Secta parit sectam, diuersos tempore longo

Profiliens riuos fontis ut unda facit.

B Ecce

GEVSICVS

Ecce Lutheristas, qui nunc Caluinica laudant  
 Nouimus, & rident dogma Lutheri tuum.  
 Ante dies paucos fuit his corpusq; cruorq;  
 Coena, sed est nudus facta repente typus.  
 Hoc est, contectum Christum, speciesq; manere  
 Quod fuerant, magna licet docere solent.  
 Nunc abiit Christus coelorum sede repostus,  
 Mnemosyni reddit sola figura uicem.  
 Mox Catabaptistas mutata mente sequentur,  
 Est quibus Idolum mysticus ille cibus.  
 Vix ita Carpathius se uertat in omnia Proteus,  
 Quam uariat mores perfida Secta suos.  
 Psalm. 13. Forsan ad extremū (tamē hoc pcul omē abesto)  
 52. 4. Esd. Flebilis incipiet Secta negare Deum.  
 8. 58. Excute Mādragora cerebro Germania succos,  
 Euigila tandem, tempus & hora monent.  
 Ducere si pergas stertenti pectore ronchos,  
 Postremo fies quod Megarensis erat.  
 Vis magis enodem sortis tibi fata futura?  
 Post clades humili constituere loco.  
 Gal. 5. Ista nec Elysios uia te perducet in agros.  
 Tit. 3. Appositam mortē Schismata semper habēt.

Prouerb. 14.

Errant qui operantur  
malum.

AD INTEGER-  
RIMVM VERAEQVE PIE-

TATIS, ET AVITAE FIDRI STV-  
diosissimum Senatvm Coloniensem Carmen  
Encomiasticum iuxta ac Paræneticum à  
minimo clientulo sincero conscri-  
ptum animo.

Carmen extemporale.

QVædã Picrides fundent Permeſidos  
vidamè

Os satis argenteum quæ mihi Cyrrha dabit  
Huc ades ô dulcis cytharæ moderator Apollo,

Da faciles numeros Musa novena mihi.

Pangere quo liceat uenerandi gesta Senatus

Vrbis Agrippinæ, carminis digna sacro.

Carmine digna sacro, felix Aeneidos author,

Scriptor & Iliados condere quæle solent.

Ingenium quàmuis mihi sit rude, cogit & urget

Me tamen ad plætorum res celebrando stylo.

Otinã Christus (quod enim mihi ficta ministrat

Numina?) det lingue plectra canora meæ:

Ne magis obscurem turpi caligine, quorum

Illustrata uelim facta decorachely.

Aggredior. stygij magno Cacodemonis astu,

Schismata præcipuè Teutonas inter agunt.

Scinditur in partes Christi inconsutilis, eheu,  
Vestis, & hæc rabies nescit habere modum.  
Entibi quid faciat rector phlegetontis, ut oēs  
Catholicos teneat casibus ille suis.  
Expugnare nequit sublimia moenia bello,  
Ut ruat à recta Ciuica turma fide.  
Hinc paradysiâcis olim quod fecit in oris,  
Incautos alia tentat adire uia.  
Arbore de uetita nunquam gustasset Adamus,  
Ni decepta malis fraudibus Eua foret.  
Sic etiam Sathanas hodierna luce susurros  
Hostiles tragico callidus ore mouet.  
Si nescis, ueluti Dauidica scripta loquuntur,  
Nunc Leo, nunc Sathanas dicitur esse Draco.  
Nempe refert seuium multa feritare Leonem,  
Christicolâs gladijs quando ferire solet.  
Hereseos uero cum semina spargit, ut anguis  
Serpit, & in populum dira uenena uomit.  
Quid facit ille doli structor? sua sibila primum  
Composita uasris ingerit arte uiris.  
Extimulat falsos, fatalia monstra, prophetas,  
Quos modò nō paucos, quâ patet orbis, habet  
Hi sermone trahunt plebeiâ pectora blando,  
Qualiter examen rustice ducis apum.  
Aut sicut rapidum molli poppysmate mulces  
Quadrupedem, donec dura lupata uoret.

In truijs figunt cathedras prope mœnia, cuius  
Omnis ut erumpat præ nouitate rei.  
Credula turba fidem paulatim deserit aliam,  
Nec mora, Sectarum dogmata falsa probat.  
Impia scditio sequitur, reuerentia cessat,  
Nullaq; diuinus iura Senatus habet.  
Oppida panduntur sceleratis omnia tandem  
Vatibus, ut Mystas opprimat ira pios.  
Dij, quib. institunt rem fraudib. inde nefandã  
Pseudologi: qua se contegit arte lupus.  
Ut uentum fuerit sacra ad limina Templi,  
Cancer ut ingreditur pseudopropheta fugit.  
Ipsam ceu uideat Cacodæmona, siue paludem  
Sulphuream, nebulo subtrahit, ecce, pedem.  
Sed ne tam levido careat sermone popellus,  
Maluerit coelo uel pepulisse Iouem.  
In deforme Chaos Christi uenerabile Templum  
Vertitur, ut sacra regnet in æde Sathan.  
Ad rane fumos, resono quos gutture uendit,  
Antiquæ fidei concidit omnis honor.  
En Acherontæi tanta est fallacia ditis.  
Sic lupus in placide pelle triumphat ouis.  
Quid tibi dux Erebi pro talib. imprecer ausis?  
An satis ad pœnas Tartarus unus crit?  
Quate sex hominum temeraria lite Thalia  
Dic mihi deuocat tempus in omne meat

Non pudet in patrios cineres mixxisse, q. aiunt  
Non pudet in tantum degenerare nefas?  
Exiget immites ultrix Rhamnusia pœnas,  
Siue deus potius de leuitate tua.  
Hâc quoq; sustinuit ter sancta Colonia technâ.  
Teutonici sanè gloria prima soli.  
Non procul à muris statuit suggesta Cachinno  
Schismaticus paucos scilicet ante dies.  
Nec deerant ciues auris prius ad istum  
Quos ferret rabulam, sic noua dicta iuuant.  
Iste uenenificis sua rictibus ora resoluens,  
Conspuit in Clerum scommata multa sacrâ.  
Iussit ut Iconas perdat, populetur & aras,  
Veri Euangelij qui uolet esse capax.  
Sic speciosa foris gestant alabastra Sophistæ,  
Cerbericum uirus que tamen intus habent.  
His deuicta iacet monstris Germania ferme  
Tota, suum fœdo puluere sparsa caput.  
Cuncta ferè sordent uario contrita tumultu.  
Schismatis has pestes fert Camerina nocēs.  
Quis scit an egregias incuria perdidit urbes,  
Geusicus ut grimum cœperat esse furor?  
Nil facit ad morbos Podalyrius atq; Machaon  
Si studeant seras applicuisse manus.  
Corruit in turpem flamma superante ruinam  
Tacta domum, nisi quis tēpore spargat aquâ.  
Preci

Precipitem nemo recte moderabitur axem.  
 Collis simulac uoluitur ille rotis.  
 Nec iuuat equoreos ualido cōstringere fluctus  
 Aggere, si passim Tethyos unda fluat.  
 Hinc ille forsan lachrymæ contagia cuncta  
 Schismatis hinc uitiant religionis oues,  
 Ista Coloniaci perpendit cura Senatus.  
 Obsistit & primo prouidus ille malo.  
 Ille suam in his compescit legibus urbem,  
 Hæretico ciues seruat ab igne suos.  
 Aduce Inliso, fama super æthera noto,  
 Dicitur affertus obtinuisse pios.  
 Illius ut licet & Vates tellure dolentes  
 Pellere, sunt aptos sine ligare graui.  
 Lurida ne scabies damnosi schismatis urbem  
 Inficiat, æra que pietate nitet.  
 Totus in hæc sudat Liskirchius ille palstra,  
 Clarus, & in sancta religione sagax.  
 Huic indiuiduus comes est Hittorpius, euo  
 Digni qui superent Nestora uel Priamian.  
 Non tamẽ exceptũ reuerendo ex ordine quenq̃  
 Qui minus hæc curet nostra Camæna uolet.  
 Quin etiam si quis prima sit classe locandus,  
 Det ueniam ignare candidus oro lyre.  
 Historie ueterum pietatis ad æthera tollunt  
 Nomine, qui coluit numina ficta, Numam,

Ethnica gens perhibet Iano regnante biformi,  
Cuncti fictitios quod coluere deos.  
Attamen innumeris stadijs praeuerterit istos  
Quae canimus, Reges, fulgidus Ordo patrū.  
Si mihi suppetere cū tempore carmina sacris  
E' literis libeat commemorare duces,  
Quos si non uincit, certe uirtutibus equat  
Magnorum procerū splendidus ille Chorus.  
Salue sydereis dignissima CVRIA salue  
Laudibus, in mundo uix habitura parem,  
Pyramidum molcm iactet Nilotica Memphis,  
Ac Ephesus phanum torua Diana tuum.  
Alta Semyrameos laudet Babylonia muros.  
Mausoli tumulum Cares ad astra leuent.  
Clara Rhodos pmat praeconia magna Colossi,  
Quilibet aut aliud laudis honore uehat.  
Ast ego te, Lachesis donec mea stamina rūpat,  
Extollam numeris CVRIA sancta meis.  
Non quia de Pario sis marmore structa, lacunae  
Aut quod ab argento, siue colore mices.  
Aut quia contineas augusta sedilia Scopas  
Qualia, siue Cares, Praxitelésue facit.  
Siue pauimenti facies crustata nitorem  
Quod letum referat, stent & in aere bases.  
Aut quod Epistylis sculptum depēdeat aurum,  
Fixa q̄ sunt uacuo signa uetusta tholo.

Sed

Sed quod primates habéas Doctosq; piosq;  
 Nam uix consimiles climata nostra uident.  
 Magnorū poteris superare palatia regum,  
 Tale tui Procere mentis acumen habent.  
 Consilijs reddunt Fabium, grauitate Catonem,  
 Quicquid & elogium nobile laudis habet.  
 His floret ducibus nitido Respublica cultu,  
 Præcipuæ hereseos noxia lepra fugit.  
 Hi sunt que ravidam comitatur protinus Atræ,  
 Vt sarcire queant tristia damna, lite.  
 Hi sunt, qui socios cæra præmunit, Vlysses,  
 Improba ne Siren mergat in ima rates.  
 Hi sunt Mercurius niueum qui moly ministrat,  
 Ne fiat stolidum Ciuica turba pecus.  
 Hos, nisi tres sis homo, quis nõ affirmet Atlætes,  
 Sydera celsa poli qui ruitura gerunt?  
 Hi sunt qui rigidos trucibus Titanas in armis,  
 Ingenij sternunt dexteritate sui.  
 Felicem populum, cui numina sancta Senatam,  
 Tam uigilem donant liberiore manu.  
 Solue Deo grates populosa COLONIA, talem  
 Nempe Magistratum quod dedit ille tibi.  
 Qui ceu pastor oues defendit ab ore Luporum,  
 Perniciem multa præcauet arte tuam.  
 Ille Magistratus plus quàm Palimurus, ab æstu  
 Turbinis intreat ne tua prora, studet.

Ille tibi praestat ceu propugnacula, fulcis  
Ille tuam ueluti firma columna domum.  
Aurca nec tantum querit tibi commoda pacis.  
Cladibus et bello ne lacerata gemas.  
Verum etiam ne te furuo, que surgit ab Orco,  
Inquinet ac perdat Tisiphone a fides.  
Vestra salus agitur, uestram curate salutem.  
O ciues, stabili quaeso manete fide.  
Infernos Lemures uicina per arua meantes,  
Ut uos eliciant mente carate bona.  
Credite Nectareo sub melle lacere sicutam,  
Tecta q; sub lautis ex arcibus cibis.  
Dum licet, o ciues, diram uideat Carybdia,  
Postmodo ne pessum nauis, propis eat.  
Vos parere deceet iustis patienter amicis,  
Nil nisi quod iustum est, curia uestra iubet.  
Ah quoties luget qui non uult ferre monentem,  
More sed indomiti frena recusat equi.  
Res patet exemplis, prudens que traeseo, ne sum  
Longior, et moueant edia, multa canens.  
Semper in obsequio date uerba precatua, susce  
Incolumes uestros, ut deus esse uelit.  
Florida quo maneat Respublica uestra deceter,  
Non cupiam uoto candidiore frui.  
Vos quoq; copello, quibus est comissa potestas,  
Quo bene iam dudum pergitis, ite Patres.

O si complures imitentur, sicut ad omnes  
Pertinet, exemplum quod datis eximium.  
Quercus ut obdurat Borealibus acta procellis,  
Nec timet insani flamina rauca Noti,  
Qualiter aut pelagi vastis sub fluctibus haeret  
Ancora, sic uobis mens generosa manet.  
Mens immota stetit sic haectenus, illa deinceps  
Stabit & arcebit schismata quaeq; procul.  
O nunquam laudata satis constantia, uersu  
Illa Maroneo non reticenda foret.  
Eia agite, huc neruos omnes extendite cuncti,  
Ne uestra pereat maximus urbis honor.  
Sit cura ut duret, ueluti Marpesia cautes,  
Maiorum manibus tradita prisca fides,  
Que uos Maternus docuit, seu que Cunibertus  
Atq; Seuerinus sit tenuisse labor.  
Hos Euangelium si quis lateuisse putabit,  
Perfricuit frontis turpiter ille cutem.  
Si monitus uestros spernat fugiatq; rebellis,  
Nescitis minime, que facienda forent.  
Qua uiter in Christi quia sic sudatis arena,  
Inueniet nullum gloria uestra modum.  
Qua ducit croccos surgens aurora iugales,  
Qua liquido seffos gurgite mergit equos.  
Qua medio spargit Phoebus sua lumina caelo,  
Frigore qua gelido Menalis uersa riget.


Fama Coloniaeum tollet super astra Senatum,  
Nomen & aeternum posteritatis erit.  
Heroes magnos inter numerabitur, ibit  
Letus ad empyrios post sua fata lares.  
Magnifici Patres ac maiestate uerendi,  
Explicita nostrum sumite fronte melos.  
Me totum uestro supplex commendo fauori,  
Aq; deo uobis prospera cuncta precor.

CANTIC. 2.  
CAPITE NOBIS VULPES PAR-  
nulas, que demoliuntur uineas.

Ecclesiastici 10.  
Qualis Rector est ciuitatis, talis &  
inhabitantes eam.  
Romanorum. 13.  
Omnis anima potestatibus sublimioribus subdi-  
ta sit. Non est enim potestas nisi à deo. Que  
autem sunt potestates, à Deo or-  
dinate sunt.

I. Pet. 2.  
Subiecti igitur estote omni humane creature  
propter Deum. Siue Regi quasi precellenti,  
siue Ducibus, tanquã ab eo missis ad uin-  
dictam malefactorũ; laudem uerò  
honorum.

FINIS.



OCN 68248505